Fragmentarium

Paris XIV siecle

Iſte confeſſor domini hymne.
ſacratus feſta plebs cuius
celebrat per orbem hodie letus
meruit ſecreta ſcandere celi.
Qui pius prudens hu
milis pudicus ſobrius ca
ſtus fuit et quietus. uita
dum preſens uegetauit eius
corporis artus. Ad ſacrum
cuius tumulum frequenter men
bra languentum modo ſa
nitati quolibet morbo fue
rint grauata reſtituuntur.
Unde nunc noſter cho
rus in honore ipſius hym
num canit hunc libenter
ut piis eius meritis iuuemur
omne per euum. Sit ſa
lus illi decus atque uirtus
qui ſupra celi reſidens cacu
men totius mundi machi
nam gubernat trinus et u
nus amen. ℣. Amauit eum dominus
et ornauit eum. ℟. Stolam glorie
induit eum. Ad mag. a. Confeſ
ſor domini. N. aſtantem plebem cor
robora ſancta interceſſione ut qui
uiciorum pondere premimur tradi

tudinis tue gloria ſubleuemur et
te duce eterna premia conſequamur.
A matines. Inuitatoire. Con
feſſorem regem adoremus qui celeſtis
regni meritum et gloriam contu
lit ſancto ſuo. N. hymne. Iſte
confeſſor. Ou premier noctur
ne. a. Beatus uir qui in lege domini
meditatur uoluntas eius perma
net die ac nocte et omnia quecumque
faciet ſemper proſperabuntur. ps.
Beatus uir. a. Beatus iſte ſanctus
qui confiſus eſt in domino predicauit
preceptum domini conſtitutus eſt in
monte ſancto eius. ps. Quare fre.
a. Tu es gloria mea tu es ſuſcep
tor meus domine tu exaltas caput
meum et exaudiſti me de monte
ſancto tuo. ps. Domine quid. ℣. Ama
uit eum dominus et ornauit eum. ℟.
Euge ſerue bone et fidelis
quia in pauca fuiſti fide
lis ſupra multa te conſtituam.
Intra in gaudium domini tui. ℣. Do
mine quinque talenta tradidiſti
michi: ecce alia quinque ſuperlucra
tus ſum. ℟. Intra. ℟. Iuſtus ger
minabit ſicut lilium Et florebit

201-4

8

License: public_domain – Basel, Universitätsbibliothek, Comites Latentes (Depositum des Historischen Museums Basel), CL 201, CL_201_4r – Breviarium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k8r7/9862/71847)